

99 Dis. III. Part. III. an totū disting. à suis part. 100

quid distinctum à suis partibus vnitis, nihil esset
discriminis inter ipsum, & totum per aggrega-
tionem, quia totum per aggregationem nihil
est aliud, quam plura entia aggregata inter se;
sed in illo casu materia & forma confituerent
quid aggregatum; dicendum ergo est quod to-
tum substantiale sit aliqua epitoma distincta eti-
am à partibus vnitis. Confirmatur; quia alio-
quin non esset magis vnum ens, quam Cumulus
lapidum, aut quam quolibet aliud compositum
per accidens, quia Cumulus lapidum, &
huiusmodi sunt multitudo suarum partium si-
mul sumptarum, & tali modo vnitarum; sed
si totum Physicum substantiale esset tale,
nulla inter virumque esset differentia, quia si-
c ut vnum esset sua partes simul sumpta, ita &
alterum.

Quintum.

Quintum. Quando aliqua duo ita se ha-
bent, vt multa attribuantur vni, qua non attri-
buntur alteri, illa non sunt idem; sed multa
attribuuntur toti, qua non attribuuntur parti-
bus etiam vnitis; nam totum dicitur generari,
non tamen partes; generatio enim non dicitur
utimate terminari ad partes, etiam vnitatis,
sed ad ipsum totum: Item totum dicitur
destrui, non tamen partes, vt patet in homine,
qui moritur, ergo &c.

Sextum.

Sextum. Illud est Compositum, quod ve-
re dicitur componi, & generari; sed partes vni-
tas non verè dicuntur componi, aut generari,
ergo non sunt ipsum compositum, maior &
minor videntur fatis manifesta.

Septimum.

Septimum. Nisi totum Physicum distin-
gueretur à suis partibus, non esset aliud to-
tum Physicum à toto vniuersali, quia totum vniuersal-
e est sua partes, & non ex partibus, nec enim
genus constituitur ex suis partibus, at totum
Physicum est ex partibus, nec est sua par-
tes.

Ottimum.

Ottimum. Quod diuiditur in aliqua, non
est illa; sed totum diuiditur in partes, ergo non
est sua partes.

Nonum.

Nonum. Materia & forma sunt partes to-
tius, & totum non est pars ipsius, ergo totum
non est materia, & forma, id estque totum &
partes non sunt idem realiter.

Varias habet rationes in fauorem opinio-
nis Scotisticae, Albertus de Saxonie lib. i. Phys.
quest. 7. sed fere omnes procedunt à partibus di-
uisis, non modò ad coniunctas, sed etiam ad ip-
sum totum, & proinde cum apparet fal-
se sint, id estque facilissimè solvi possint, inutile
fore eas hic reponere.

CLYPEVS TERTIVS.

Satisfit rationibus primi Clypei.

Nom. 10.
Scotianae pro-
bationes pro-
partibus vni-
tas non diffi-
ciuntur à parti-
bus nisi per
rationem.
Ad primam.

*A*d rationes, quibus præsertim Recentiores
volebant primo Clypeo probare totum, &
partes vnitatis non distinguui ante opus intel-
lectus, sic recte satisfiet.

Ad primam. Die loqui Sanctum Augusti,

num de anima, & corpore transactis in tertiam
entitatem, modo in prima resolutione explican-
do. Ad Sanctum Athanasium dic ipsum loqui
declaratiuē, id est, vult ostendere, quomodo ex
duabus naturis possit fieri vnum substantiale;
scilicet Christus; Quandoquidem ex anima &
corpore fit bene vnum substantiale, seu una
persona. Diuus vero Paulus loquitur de toto
integrali; in toto autem integrali, partes non
transfeunte in tertiam entitatem. Aut die debet
re intelligi materialiter: nam membra mate-
rialiter componunt corpus, talis vero & talis
dispositio membrorum inter se, facit corpus for-
maliter: adde quod illa Pauli locutio est My-
stica; nam loquitur de membris Ecclesie; &
proinde de toto mystico, quare non requiritur
tanta sermonis proprietas.

Ad secundam. Concede formam, & Ma-
teriam vnitatis, remota quacunque alia entitate
esse vnum substantiale in via, & incompletæ,
non tamen in termino, & complete, donec tran-
seant in tertiam aliquam entitatem, qua dicatur
compositū in factō esse. & in esse completo, qua
tertia entitas aduenit enti incompletæ, & in via
ad huc existenti: & dum dicitur, quod aduenit
enti in actu, aduenit per accidens, intellige in
actu completo; sed nega ita se habere materiam,
& formam, etiam inter se vnitatis, & non trans-
fusas in tertiam Entitatem.

Ad tertiam. Dic maiorem esse veram de
eo, aut quod non ponitur in definitione compo-
situm Physici, aut quod non est ipsum defini-
tum; at licet illa tertia entitas non ponatur in
definitione, est tamen ipsum definitum, scilicet
ipse homo in allato exemplo. Alij dicunt for-
matum totius ponit in definitione totius, v.g. cum
dico, homo est animal rationale, ponitur ibi forma
totius, scilicet humanitas, saltem implicitè; ani-
mal enim rationale est homo, seu ens habens
humanitatem. Ex quo patet, quomodo illa ter-
tia entitas ponatur in definitione compositi,
saltem implicitè, quod sufficit.

Ad quartam. Dic illam tertiam entitatem
non esse partem, & se sola facere compositum
formaliter, dicique formam totius, qua perfici-
ens materiam totius vna cum ipsa faciat com-
plete totum ipsum compositum. De hac forma
totius dicerat secundare resolutione; nec enim en-
titas totius se habet ad materiam, & formam, si-
c ut rectum, cum superponitur parietibus, sed
veluti, cum fundamentum, parietes, & tecum
transfeunt in tertiam illam entitatem, qua dicitur
totus, qua & est entitas cauata ab illis
partibus, etiam vnitatis; nec enim cauatur ab illis
non vnitatis. Ex quibus solutionibus patet, quo-
modo rationes Collegij Complutensis non præ-
ualeant aduersus Scotistas.

Ad quintam. Dic illas duas medietates non
esse eandem entitatem, ac totius libræ: quod
si dicas esse æqualis pondus, concedo; sed ex
hoc non sequitur, quod sint eadem entitas; nam
æquale pondus potest prouenire à duabus en-
titibus omnino diversis; loquimur autem in
præsenti de toto Physico, & entitatu. Dein-
de seque.